



LECTORI
SACRARUM LITERARUM
STUDIOSO,
s. p. p.
JOHANNES FECHTIUS, D.



Uænam fata fuerint interpretationis N. T.
ab eo tempore, quo salutaris Evangelii lux
post diuturnas Papatus tenebras Ecclesiæ
nostræ oborta est, neque injucundum esse
arbitror cognoscere, neque infructuosum.
Nimis me diffunderem, si huc arcesserem
vel eos, qui dum in totam SS. Scripturam commentati sunt, Novum quoq;
Testamentum totum exposuerunt, vel qui in præcipuas ejus par-
tes, utpote vel Evangelia, vel Epistolas Paulinas, vel catholicas,
considerationem suam diffuderunt, vel qui ex iis, qui à religio-
ne nostra sunt alieni, utpote Pontificiis, Reformatiis, Socinianis,
aliisque, Novum Testamentum illustrius reddere adlaborarunt,
nobis eos solummodo recensuisse sufficiet, qui Novo Testamen-
to universo brevius copiosiusque explicando vires animumque
adPLICERUNT. Primò omnium summariis *Viti Dieterici & glos-*
(b) sis